Quaestio Medica Quodlibetariis disput. agit.da In Schol. Medicorum

die Iovis 3° Februar. D. Joanne Lamonio D. M. Moderatore.

An à Semine Liberorum Cum Parentibus Similitudo?

Semen et sanguis menstruus duo nostrae generationis primordia sunt. Hic ut apta materies ad foetus constitutionem, et alimonia per quam deinde etiam primis conceptionis diebus a semine attrahitur. Illud ut opifex ab utroque parente necessario profluens. Est autem non corporis excrementum (?) sive desperditum (?), non colliquamentum, non pars, non aliquid ex tota partium ullarum coctione redundans, multo minus excrementum, sed ut lac mammarum, ita et hoc testiculorum opus, ex quibus album, lene, crassum, spumosum deinceps vim obtinens prolificam cum spiritu ex principibus partibus confluentis, quae excitata per utero semine primum probe commisto, calore deinde naturam perficiens spiritu molem per partium rudimenta distendens, quinque et quadraginta diebus quod est longissimum, absolutam omnem foetus membrorum speciem ostendit.

Igitur procreatrix facultas a parentibus fluens ambobus spiritus per rei generandae naturam mutatis alteratrix vi propriam cuiusque similaris partis ut carnis, ossium, glandularum substantiam producit, certa primarum qualitatum temperatura et mistione ex quibus ipsarum resultat. Formatrix vero modo omnibus dominatrix atque inquilina, conformem actioni cuique parti figuram, situm, magnitudinem, numerum et cum aliis connexionem impertitur. Quo per opere quemadmodum generando producendi sibi similis vim habet, ita etiam sexum, formas, virium corpulentias, mores cum parentibus similitudinem plerumque retinet, ac interdum speciem externam moribus convenientem effingit, bonis pulchram, improbis deformem.

Hoc namque est molitur efficientis solius ἐνεργείας uno et continuo semper motu ad finem pertendit, reliqua omnia cum vi intendant, tanto etiam officiant omnium quidem potentissima phantasia, quae non tantum μίξεως, sed et toto conceptionis tempore vigens eo ipso ut consuetudo formatricis vi potentior, cui similitudinem κάλλη et μελαγχία (?) sed rerum tantum spectantium, et potulentarum stigmata foetui imprimunt. Potentes etiam locus atque natura a quibus sive ob constitutionem utriusque non naturalem, sive ob virium solam copiam παρεκβάσεως natae frequentes occasio, sicut alii ipsarum naturalis constitutione, tam per sensibus (?), quam per dictis generandis antecedentibus unde quod nascitur maior est cum foemina quam cum mare similitudo magnitudine corporis, specie, et viribus.

Hinc ex sufficienti seminis copia pluribus, vel etiam una tantum eiaculatione emissi per uterum δίχοον (?) unde pluralitas foetuum sicut ab eisdem proba temperie matrum corporis parvitate, gracilitate, albedine, nigredine, mammarum et venarum amplitudine fecunditatis liberorum susceptionis opportunitas) gemelli prodeunt qui quamvis ex eodem principio sint robusto, vel tamen aut non vitales aut inaequalitate debiles et μικρόβιοι, iisdem magnitudine aequales, forma simillimi, saepissime eiusdem sexus dicti sunt.

Ita omnis per foetus dissimilitudinis causa est omnis facultatis seminis immediate τὸ ἰσχυρὸν quod per utriusque parentis semine, sive masculo sive foeminino prout dominatur, aut succumbit varios producit effectus. Si enim vel huius seminis actus et maris, aut foeminam prout semen fuerit calidius aut frigidius, quo modo fratres foetus quoque alterutri parentum similes effingit, ex masculo quidem semine a viro profuso patri, a foemina autem matri una pluribus vel omnibus partibus. Manifestius ubi est inaequalis seminis alterutrius mistio, et victoria, obscurius ubi aequalis, et viribus utriusque pares. Unde interdum proximis seu facultatum motibus [struck through] vicissim impedientibus ad maiores fit similitudinis recessus. Interdum ex omnibus confusis sic mistus ut videatur omnino esse nullus.

Ergo à semine Liberorum Cum parentibus similitudo.

Deffendebat franciscus poirot Lotharingus nanceyanus · 1583.

Dni Doctores disputaturi.

M. Guillelmus Lusson. M. Joannes Riolan. M. Petrus Touzet.
M. Aegidius Heron. M. Joannes Hautin. M. Marcus myron prim. Med. reg.
M. Joannes Beaulesne. M. Sulpitius Rigault. M. Simon Seguyn.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE